

num. 25. pag. 234. 235. Criminal. Scriptura siquidem habet actum permanentem & semper loquitur. Gail. l. 2. Observ. 104. num. 2. 3. pag. 493. Georg. Mundi-
dius à Rodach. vol. 1. Cons. 15. num. 107. 108. fol. 201. Itaque libellus famosus
est, cum in scriptis alterius fama & existimatio violatur. (3.) *Quae sit
in loco publico affixa, vel ibidem projecta & inventa.* Prosper Farinac.
Qu. 105. Insp. 11. num. 487. pag. 501. Pract. Crimin. dicit, quod poena libelli famosi
locum non habeat, nisi libellus iste omnibus videndus & legendus in aliquo pu-
blico loco ponatur. Et paulo post addit: *De essentia libelli famosi videtur,
ut sit in loco publico, vel in loco, in quo invenitur, positus.* Quod antea dixe-
rat Farinac. de Qu. 105. Insp. 11. num. 241. f. 495. (4.) *De omissione nominis*
magna inter Jctos est controversia, an ad famosi libelli essentiam requi-
ratur, ut autor istius non subscribat nomen suum. Plerique hoc statuunt.
Ita Carpzov. part. 4. Const. 44. defn. 2. num. 5. f. 1412. Jurispr. Forens. Et part. 2.
Quest. 98. num. 28. f. 418. Pract. Crimin. definit famosum libellum, quod sit
compositio occultò nomine facta. Cui assentitur Hartm. Pistorius Obs. 187.
num. 4. pag. 217. Et addit: cum in proposito casu autor suum nomen
professus est, superest, ut injuriarum saltem teneatur. Huc faciunt
Schultes ad Modest. Pistor. Qu. 1. Illust. 56. num. 31. & ad Coler. part. 1. De-
cis. 154. pag. 344.

Alii docent: perinde esse, si quis nomen suum subscribat, si ve
illud occultet, modò scripta istæ injuria in alterius infamiam tendat:
Quinimò eò impudentiorem esse putant autorem famosi libelli, quod
nomen suum proferre, & subscribere non vereatur. Hahnus hanc sen-
tentiam acutè defendit, ad Wesemb. Parat. ff. num. 19 fol. 480. & ante eum
Theodoricus c. 2. aphor. 16. num. 28. pag. 236. Criminal. Ubi adducunt Recess.
Imper. Francofurtens. de Ao. 1577. Tit. von Buchdruckern und Schmä-
he Schrifften: in quo expressa verba leguntur: *Es habe der Autor sein
nen Nahmen hinzugesetzt / oder nicht: tamen talem scripturam haberi
pro famoso libello.* Verùm Henricus Nebelkrá Decis. 16. pag. 198. & 199.
multis tuetur priorem sententiam, scilicet requiri ad essentiam libelli
famosi, ut autor istius nomen suum non subscripserit, & potissimum se
fundat in hoc art. 110. in his verbis: *und sich mit seinen rechten Tauff-
und Zunahm nicht unterschreibet.* Sigismundus Finckelthaus. Obs. 38.
num. 8. & seqq. p. 297. 298.

Quidam distinctione istam controversiam tollere volunt, nimirum,
de jure civili etiam illum teneri de famoso libello, qui nomen suum sub-
scripserit, per l. 5. §. 9. ff. de Injur. Sed de novo Jure Germanico illud ad
libellum

libellum